

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16**

**[S.l.], [11. Jh.]**

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

diente serenitate. a fidei firmi-  
tate diuellantur. Neglectis de-  
litis saecularibus. solanos in  
praesenti redemptoris nri do-  
na caelestia delectent. sola  
inter erumnas saeculi spes ui-  
sionis illius consoletur. Reco-  
lamus seduli egregium dauid  
pphaetae et regis exemplum.  
qui cum intantis regni afflu-  
entis honoribus ac diuitis nul-  
lum animae suae solatium pos-  
set inuenire. tandem erecto  
ad superna desideria mentis in-  
tuitu. memor fuit di et delecta-  
tus e. Utq. ad eandem eius uisi-  
onem peruenire mereamur.  
obstacula uitiorum quaehanc  
impedire solent. satagamus  
anro et corpore et mente seclu-  
dere. Neq. enim ad eum nisi  
rectis operum gressibus perue-  
nitur. neq. facies eius munda  
nisi a mundis corde uidetur.

Beati autem mundo corde. quo  
ipsi dm uidebunt. Quod ipse  
nobis praestare dignetur qui  
est promittere dignatus. ihc  
xpc ds et dñs nr. qui uiuit et re-  
gnat cum patre in unitate sps  
sci. per omnia secula seclorum. am.

**INNANTAE S. ANDREAE.**

**LEO. SCI. EU. SEC. MATH.**

**I**n illo temp. **A**mbulans ihc  
iuxta mare galileae. uidit duos  
frs. simonem qui uocatur pe-  
trus. et andream frēm eius. et  
reliqua.

**O**MELIA. BEATI. SS.  
PAPAE. DE. EAD. LEO.

**A**VDISTIS  
FRS KMI QUIA  
ad unius iussio-  
nis uocem petrus et andreas  
relictis retibus secuti sunt re-  
demptorem. Nulla uero hunc  
facere ad huc miracula uide-

rant. nihil ab eo de praemio ae-  
 ternae retributionis audierant.  
 Et tamen ad unum domini praece-  
 ptum hoc quod possidere uide-  
 bantur oblitiscunt. Quanta nos  
 eius miracula uidemus. quot  
 flagellis affligimur. quantis  
 minarum asperitatibus deter-  
 remur. et tamen uocantem se-  
 qui contemnimus. In caelo iam  
 sedet. qui de conuersione nos  
 ammonet. Iam iugo fidei colla-  
 gentium subdidit. Iam mundi  
 gloria iam strauit. Iam ruinis  
 eius crebrescentibus. districti  
 sui iudicii diem propinquan-  
 tem denuntiat. et tamen super-  
 biamens nostra. non uult hoc spon-  
 te deserere. quod cotidie per-  
 dit inuita. Quid ergo fratres karissimi  
 quid in eius iudicio dicturi su-  
 mus. qui ab amore praesentis  
 saeculi nec praeceptis flectimur.  
 nec uerberibus emendamur.

Sed fortasse aliquis tacitus secum  
 sibi cogitationibus dicat.  
 Ad uocem dominicam uterque iste  
 piscator quid aut quantum  
 dimisit. qui pene nihil habuit.  
 Sed hac in re fratres karissimi affectum  
 pensare potius debemus quam  
 censum. Multum reliquit  
 qui sibi nihil retinuit. Mul-  
 tum reliquit. qui quamlibet  
 parum totum deseruit. Cer-  
 te nos et habita cum amore  
 possidemus. et ea quae minime  
 habemus ex desiderio querimus.  
 Multum ergo petrus et andre-  
 as dimisit. quando uterque  
 etiam desideria habendi de-  
 reliquit. Multum dimisit.  
 qui cum re possessa etiam  
 concupiscentis renuntiavit.  
 A sequentibus ergo tanta dimis-  
 sa sunt. quanta a non sequen-  
 tibus concupisci potuerunt.  
 Nemo igitur etiam cum quosdam

conspicere multa reliquisse.  
apud semet ipsum dicat. Imitari huius mundi contempto res uolo. sed quod relinqua non habeo. Multa fratres relinquitis. si desideris terrenis renuntiatis. Exteriora enim in adno quamlibet parua sufficiunt. Cor namq. & non substantiam pensat. Nec perpendit quantum in eius sacrificio. sed ex quanto proferatur. Nam si exteriorem substantiam perpendamus. ecce sci negotiatores nri perpetuam angelorum uitam datis retibus et nauu mercati sunt. Aestimationem quippe precu non habet. sed tamen regnum di tanti ualet quantum habes. Ualuit namque Zacheo dimidium substantie quia dimidium aliud ad hoc quod iniuste abstulit. restitu-

endum in quadruplum reseruauit. Ualuit petro et andreae dimissis retibus et nauu. Ualuit uiduae duobus minutis. ualet alteri calice aquae frigidae. Regnum itaq. di ut diximus tanti ualet quantum habes. Pensate igitur frs. quid uilius cum emitur. quid carius cum possidetur. Sed fortasse nec calix aquae frigidae suppetit qui indigenti praebatur. Tunc etiam securitatem nobis promittit sermo diuinus. Redemptore etenim nato. caeli ciues ostensi sunt qui clamare. Gloria in excelsis do. et in terra pax hominibus bonae uoluntatis. Ante di namq. oculos numquam est uacua manus a munere. si ara cordis repleta est bona uoluntate. hinc etenim psalmista dicit. In me sunt di uota tua. qua redda

laudationes tibi. Ac si aperte  
 dicat. Etsi exterius munera  
 offerenda non habeo. Intra  
 memet ipsum tamen inuenio  
 quod in aram tuae laudis  
 impono. Quia quia nra dati  
 one non pascaris. oblatione  
 cordis melius placaris. Nil  
 quippe offertur do ditius  
 uoluntate bona. Uoluntas  
 enim bona est sic aduersa al  
 terius sicut nra pertimescere.  
 Sic de prosperitate proximi  
 sicut de nro profectu gratulari.  
 Aliena damna nra credere. ali  
 ena lucra nra deputare. Ami  
 cum non propter mundum  
 sed propter dm diligere. Ini  
 micum etiam amando tolerare.  
 Nulli quod pati non uis. facere.  
 Nulli quod tibi iuste impendi  
 desideras negare. Necessitati  
 pximi non solum iuxta uires  
 concurrere. sed prodesse etia

ultra uires uelle. Quid ergo isto  
 holocausto locupletius. quan  
 do per hoc quod immolat in  
 ara cordis. anima semet ipsa  
 mactat. Sed hoc bonae uo  
 luntatis sacrificium numqua  
 plene persoluitur. nisi mun  
 di huius cupiditas perfecte  
 deseratur. Nam quicquid  
 in eo concupiscimus. hoc pro  
 cul dubio proximis inuidem.  
 Uidetur etenim quod nobis de  
 sit. quod alter adsequitur.  
 Et quia semper inuidia abona  
 uoluntate discordat. mox ut  
 haec mentem ceperit. illa di  
 scedit. Unde praedicatores  
 sci ut possint proximos dili  
 gere perfecte. studuerunt  
 In hoc saeculo nil amare. nil  
 umquam appetere. nil uel si  
 ne appetitu possidere. Quos  
 bene esaias intuens ait. Qui  
 sunt isti. qui ut nubes uolant

et sicut columbae ad fenestras suas.  
Uidit quippe eos terrena despi-  
cere. mente caelestibus pro-  
pinquare. uerbis pluere  
miraculis coruscare. et quos  
a terrenis contagis sc̄a praedi-  
catio et sublimis uita suspen-  
derat. hos uolantes pariter  
et nubes appellat. Fenestre  
autem nr̄e. sunt oculi. quia  
per ipsos anima respicit quod  
exterius concupiscit. Colum-  
ba uero simplex est animal  
atq. a malitia fellis alienum.  
Quasi columbae ergo ad fene-  
stras suas sunt. qui nihil in hoc  
mundo concupiscunt. qui  
omnia simpliciter aspiciunt.  
et in haec quae uident. rapaci-  
tatis studio non trahuntur.  
At contra miluus et non colūba  
ad fenestras suas est. qui ad ea  
quae oculis considerat. rapi-  
nae desiderio anhaelat.

Quia ergo fr̄i k̄mi beati andree  
apostoli natalicia celebram?  
debemus imitari quod colim?  
Ostendat nr̄ae obsequium deuo-  
tionis immutatae sollemnitas  
mentis. Despiciamus quae  
terrena sunt. relictis tempora-  
libus. mercemur aeterna.  
Sicut necdum possumus relin-  
quere propria. saltem non  
concupiscamus aliena. Si  
necdum mens nr̄a accenditur  
igne caritatis. in ambitione  
sua habeat frenum timoris.  
Ut profectus sui passibus uege-  
tata. dum ab alienorum appe-  
titu compescitur. quandoq.  
ad propria contempnenda  
perducatur.

**INVIGILIA**

**VNIUS APLI**

**SEQ. SCI. EU. SEC. MATI.**